

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Submouendam ignorantiam. Emblema CLXXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Submouendam ignorantiam.
EMBLEMA CLXXXVIII.



QUOD monstrum id? Sphinx est. Cur candida virginis ora
Et volucrum pennas, crura leoninis habet?
Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
Scilicet est triplex causa & origo mali.
Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,
Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
At quibus est notum, quid Delphica littera possit,
Præcipitis monstri guttura dira secant.
Namq; vir ipse bipesq; tripesq; & quadrupes idem est,
Primaq; prudentis laurea, nosse virum.

COMMENTARI I.

I. **S**PHINX monstrum fingitur mulie-
bri facie ac pectore, pedibus & cauda
caput & manus puella, corpus canis, vocẽ
hominis, caudam draconis, leonis vngues,
Egma. sphingis, leonis, pennis autem volucris. Clearchus
alas auis illam habuisse scripsit. Alii alter
cam

eam deseribit apud Nieephorum Philo-
storgius: Sphinx, inquit, de simiarū genere
est, spectore ad collum vsq; glabro, reliquo
corpore hirsuto, vbera muliebria habet, fa-
cies plusculum rotunda est & acuminata,
a muliebri specie non abhorrens, vox hu-
mana sed stridula, nec articulata; bestia in-
domita, maligna, astuta. Nostra hic satis
elegantē expressa est. Plura de eius forma
paulō post.

Y I.
Sphinx
ignorantia sym-
bolum.

QVIA hic Sphinx adhibetur pro ty-
po ignorationis id certē primō videtur ef-
fectu tractū ex tabula Ceberis Thebani, cuius
ipsissima verba huc traduco ad maiorē fi-
dē: ἔστιν ἡ ἑξήγησις τοῦ κούρα τῆς σφίγγος
ἀνιγνῶνται, ὁ κούρα προβάλλεται τοῖς
ἀνθρώποις· εἰ μὴ ἐν αὐτῷ συνιῇ τις ἰσά-
ζῃτο· εἰδὲ μὴ συνιῇ, ἀπόλλυται ὑπὸ τῆς
σφίγγος· ὅσα δὲ τὸς δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἑξή-
γησεως ταύτης· ἡ γὰρ ἀφορρῶν ἡ δὲ ἀν-
θρώποις σφίγγος· ἀνιγνῶνται δὲ καὶ
τὰ δὲ, τί ἀγαθόν, τί κακόν, τί ἔτ' ἀγα-
θόν, ἔτε κακόν ἐστὶν ἐν τῷ σφίγγος ταύτ'
ἐν ἑαυ μῆτις συνιῇ, ἀπόλλυται ὑπ' αὐ-
τῆς & κείνα τὰς ὅσπερ δὲ ὑπὸ τῆς σφίγγος
καταβρωθῆς ἀπὸ τῆς σφίγγος, ἀλλὰ ἡ
μικρόν ἐν δὲ τῷ βίῳ καταβρωθῆς, κα-
θάρτε· οἱ γὰρ τιμωρία παραδίδομενοι.
ἀνδὲ τις γνῶ ἀνάσταλιν ἢ μὴ ἀφορρῶν
ἀπόλλυται, αὐτὸς δὲ σώζεται, καὶ μακά-
ριος καὶ ἰουδαίου γίγνεται ἐν ταύτῃ τῷ
βίῳ. Id est: Hic explicatio est eius aenigmati-
s, quod a Sphinge proponebatur hominibus.
Qui enim illud intellexerat, salutem quin-
dem consequeretur, qui vero minime, in ex-
itium incidebat. Eo modo se habet ea
explicatio. Sphinx enim est hominibus in-
spicientia. Hac autem proponit quid bonum,
quid malum; quid neq; bonum, quid neque
malum sit in vita. Quae si quis minus in-
tellexerit, ab ea interimitur: neq; id semel,
seculis, qui deperditus a Sphinge moriebatur,
sed per omnem vitam paulatim absume-
tur, ut qui perpetuis supplicijs additus sunt:
contra vero si quis agnouerit, occisa tandem
insipientia, salutem ipse consequitur, & bea-
tus & felix per totum vitae curriculum e-
unadit. Hac ille. Ut autem minus proue-
ctis aliquid per consulamus, paulo altius
huius Emblematis argumentum repetem-
us, ex sententia Diodori Siculi, Sopho-
clis, Strabonis, & aliorum. Rex Thebarum
Laius Labdaci filius, Iocastam Creontis
Thebani filiam sumpsit in vxorem: quam

cum ingranidasset, consuluit de prole ora-
culum. Cui sic responsum fuit:
*Inclite Labdaci felicia pignora poscis. &
Accipies natum, sed nati occubere dextra
Te tua fata volunt, necq; relinquere vita.
Sic Pelopis diris assensit Iupiter ultro,
Quis te deuicit natum quod ademeris illi.*
Accepto Laius oraculo, volens obitare pe-
riculo, puerum recens natum pastori de-
dit inestruendum. Ille misericordia mo-
tus non interfecit illum, sed perforatis ei
pedibus vimine ex arbore iussendit, & in
Cytberone reliquit. Sed Melibaeus pastor
regius procul vagans audiens, puerum ac-
cepit, cumq; ad regem suum Polybani de-
tulit: qui cum libens careret, pro filio cu-
rauit educandum, & a timore pedum Oe-
dipodem nominauit. ἀπὸ τῶ ὀδῶν τῆς
πόδας. Cum adoleuisset iam corpore ro-
bustus & animo forti, sui generis ignarus,
Apollinis oraculum de parte consuluit.
Cui oraculum in hanc sententiam respō-
dit: *Fuge templum haec, inuisa proles, qui pa-
tris tui tua occisi manu thalamos ascendes:
utero rursus matris molestus, fratres tibi ex
ea generabis.* Oedipus oraculo territus,
ne Polybum aliquo casu occideret, Corin-
tham repetere noluit; viamque ingressus,
qua Thebas proficisceretur, obuuium pau-
tem Laium habuit, a quo, quod superbus
iuuenis nō cessasset, scepro fuit percussus,
mox Oedipus arrepto stipite & Laium &
autigam interfecit. Regio Thebana tunc
temporis iustitiam erat cladibus & atrocit-
ijs Sphingis. Māstrum id erat ex Echid-
na & Typhone parentibus ortum, ore vir-
gineo, muliebri pedore, pedibus & cauda
leontinis, auis pennis praeditum. Quod ab
irata Iunone Thebanis immittum, cum a-
enigmata a Mutis didicisset, in Phycce
mōre cōledit, capris & in praecipitiū addu-
ctis aenigma proponens, eosque qui id ne-
scirent diluoluere, de saxis praecipites da-
bat. Hoc verō tale fuisse traditur aenigma:
ἔστι διπλὸν ἐπὶ γῆς, καὶ τετραπλὸν, ὁ μὲν
ὅσα ἢ,
καὶ τρίπλ. ἀλλάσσει δὲ τὴν μόνον ὄσ'
ἐπὶ γῶν
ἑρπετὰ κινεῖται ἀνάτ' αἰθῆρα, καὶ κατὰ
πόντον.
ἀλλ' ὅσταν πλείστοισιν ἐπαγγόμενοι πό-
σι βιώνη,
ἔσθ' αὐτὰχος γυνοῖσιν ἀφ' αὐρέταρον πέλει
αὐτὰ.

Oedipus
unde sic
dictus.

Aenigma
Sphingis.

Quod

Oedipo-
dis vita
& sui.

Quod sic vertit Parcmiographus:
Est bipes in terris, & quadrupes, haud eadem vox.
Et tripes; immutat peciem hoc ex omnibus unum.
Quacumq; in terris reptat, aut aethera circum,
Perq; mare: aſt ubi iam pedibus compluribus autum.
Accelerat gremium, vietis tum maxima membris.
Segnities ac torpor adest, minimūq; vigoris.
Sic verò Natalis Comes:
Est bipes & quadrupes in terris, ſolaq; vox huic;
Aq; tripes: mutat vocem ſolum, omnia campis.
Inter qua ſerpunt, qua ralo & fluctibus errant.
Aſt ubi contendit pedibus iam pluribus, illi Deficiunt vires, & lentis robor a neruis.
 Hoc idem anigma Auſonius bellè complexus eſt in Grypho tetraſij numeri, his verbis:
Ille etiam thalamos per trina anigmata quarens:
Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes, omnia ſolus.
Terris Auſoniam volucris, leo, virgo, triſormis
Sphinx; volucris pennis, pedibus ſera, fronte puella.
 Porro Thebanis oraculo renūciatum fuerat, tum Sphingis incommodo ac detrimento fore liberos, cum enigma ſoluiffet. Interea vniuerſos, quid illud eſſet, rogabat; quod cum nimmè reperiffet, ab reptu ab omnibus vnum occidebat, eaq; de cauſa pleriq; ſubinde peribant. Ac poſtremò ad eundem modum Æmone Creontis filio perempto, Creon huiusmodi anigma ſoluturo & regnum, & Laij vxorem ſe traditurum, præconis voce renunciari iubet. Hac itaque ſama excitatus Oedipus, ad montem Sphintium profectus, anigma ſoluit, deque humanæ vitæ partibus interpretatus eſt. Homo enim quadrupes inſans, propter corporis imbecillitatem: atate incunte, bipes: ſenex autem tripes, quòd ſæpiùs vtendum baculo ſit ea ætate, quæ aliquid vietum habet & caducum. Soluturo ergo problemate Sphinx doloris impatientia ſe ex edito monte præcipitem dedit: Oedipus verò Thebas intrauit, vbi filius Polybi creditus Iocafam matrem duxit, liberosq; ex ea genuit. Sed orta Thebis lethali peſte, reſponſum acceperunt Thebani, non ceſſaturam peſtem, donec Laij occiſor puniretur, inceſtuoſumq; Iocafæ coniugium purgaretur. Dum quaeritur Laij interfector, ecce paſtor, qui Oedipodem ſeruauerat, nūnciat Polybum obiffiſſe diem, veniat Oedipus, & regnum patris accipiat. Sed dum ſermones vltro citroq; ſparguntur, intellexit Oedipus ſe patrem interfeciſſe, inarti; ſe coniunxiſſe. Tum ſibi oculos etuens perpetuis ſe damnauit tenebris. Iocafæ ſe gladio peremit. Ipſe ducente filia Antigone Athenas abiit, vbi Theſeum exorauit, ne cineres ſuos aut ſepulchrum Thebanis indicaret. Hanc hiftoriam vel potius fabulam prolixius aſcribere volui, cum ſciam, illam varijs modis à ſcriptoribus traditam repetiti. Heſiodus in Theogonia Sphingem narrat ex Chimæra genitam. Et reſtat Cæſ. Rhodigin. lib. 14. cap. 8. Meminit Sphingis Statius lib. 2. Thebaid. his verbis:
 --- Contra importuna crepido
 Oedi podionia domus alitis. Hic ſera quadrudam
 Pallentes erecta genas, ſuffuſaq; tabo
 Lumina, concretis inſando ſanguine plumis
 Reliquias amplexa virum, ſemeſaq; nudis
 Peſtoribus ſtetit aſta præmè; viſuq; tremi
 Colluſtrat campos, ſi quis concurrere diſſi
 Hoſpes inexplicitis, aut comminus ire via
 tor
 Audeat, & dira cõmercia iungere lingua.
 Nec mora: quin acuens exortos protinus un
 gues,
 Liuente que manus, fractosque in vulnere
 dentes
 Terribili applauſu, circum hospita ſurget
 ora.
 Et latuere doli, donec de rupe cruenta
 Heu ſimili deprenſa viro, ceſſantibus aliſ
 Triffis inexpleram ſcopulis aſſigeret alui.
 De Sphinge agit Plinius lib. 8. cap. 11. & lib. 10. cap. 72. & lib. 36. cap. 12. ex quibus locis peredam eſſe veram Sphingis deſcriptionem pleriq; cenſent. Meminit etiam Apollodorus lib. 3. de orig. Deor. Solinus cap. 40. Polyhiſt. ſcribit: Inter ſimias habetur & Sphinges, villoſæ comis, mammis prominulis ac profuſidis, dociles ad feritatis obliuionem. Huic ſuffragari videtur Albertus Magnus 22. de animal. Cõſtat Diodorus Siculus lib. 4. Sphinges, inuētis & apud

Oedipodis inceſtus.

Locus Sinitij de Spinge.

Sphinx quale animal.

& apud Troglodytas Æthiopesque nascuntur, forma haud ei dissimili, qua pinguntur, sed paulò pinguiore. Naturam habent manuetam, & pluribus exercitijs disciplinisq; deditam. Et affirmat Pierius Valer. lib. 6. Hieroglyph. se harum vnã Veronã vidisse, mamis illis & glabris & candidis à pectore propendentibus, quam cum ducebat circulator quidam Gallus ex ignotis antea insulis aduectam. Erat, inquit, toto pectore glabello, facie & auribus humanis propriis, dorso hispido supra modum, fusca & oblongo ad modum pilo, eoq; densissimo. Reçtor læuum brachium, quo carenam, cui erat alligata, regebat, ferrea manica obarmatum habebat, dextra baculum gerebat, quem in faciem animalis identidem prætendens, bipedem secum ambulare, & loco etiam saltare interdum, & obganire faciebat, multamq; hinc à spectatoribus stipam aucupabatur. Hęc & plura Pierius. Sed miror, quòd neque Lusitanis, neq; Hispanis, alijsq; qui non totum in remotiores & antè incognitas Indix & Libyæ partes atq; insulas penetraverunt; sed etiam propemodum immensi Oceani angulos omnes suis navigationibus perferatari sunt, de Sphingibus istis nullam (quod ego quidem sciam) mentionem faciunt: ni enim totæ insulæ, secundum quorundam opinionem, ab eiusmodi monstris occuparentur, vix eorum exactã indagacionem effugere potuissent.

SPHINX est] Sphinx nomē sortita est ab electa, ducitur enim à verbo σφίγγω, (vt ait Moscopulus) quod est constringere, vel vincere: quòd omnes problemate proposito ligaret.

Candida virginis ora &c.] Descriptio monstri secundum fabulam poeticam, quæ illi faciem puellarem, corpus plumis auiū oblitam, & pedes leoninos tribuit.

Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia] Sphinx etsi plura apud Mythologos significet, vt paulò post dicemus: hic tamē pro typo & symbolo ignorantia capitur, vt supra ex Cebete Thebano diximus, ἢ γὰρ ἀπροσῆμιος ἀνθρώπου ἀπὸ γῆ ἰσθῖ. id est: Est enim Sphinx hominibus insipientia.

Triplex causa] ignorantia triplex est causa efficiens: leuitas animi, voluptas, & superbia.

Sunt quos ingenium lenes] sunt, qui læ-

borant animi leuitate & inconstantia; quæ prima causa est ignorantia, cum aue comparat, quæ vis per omnia discedit à st. ubi h firmoq; scientia fundamento.

Sunt quos blanda voluptas] sunt, qui voluptatis illecebris delinunt à studijs abstractuntur. Altera causa est libido seu voluptas, puellari forma depicta, quæ eum animum occupat, nunquam potest obsecrata mens cognitionis & scientia bono perfui.

Cor da superba rudes] aliqui sunt tumidi, inflati, superbi, φιλῶτοι, qui potuissent ad scientiam peruenire, nisi putassent se iam peruenisse, ait Seneca. Ec hæc est tertia ignorantia causa, nempe arrogantia superbiaq; leoninis pedibus adumbrata, quæ φιλῶτιαν in se habet perniciosissimum, & rerum meliorum contemptum, quam necessario sequitur crassa & exitiosa imperitia, & sui ignorantia.

Quid Delphica litera possit] Delphicam Delphica
litera. literam vocat illud nunquam satis laudatum oraculum, γινώδι σαυτὸν. Nam Plato in Charmide, & Plutarchus varijs locis tradunt ascriptum fuisse pro foribus templi Apollinis Delphici, literis aureis. ΓΝΩΘΙΣΕΑΤΤΟΝ. id est: NOSCE TE.

IPSVM, in quo omnis sapientia nervos esse sitos permulti auctores tradiderunt: quod Alcibiadi apud Platonem Dialogo de Natura hominis, omniū difficillimum videtur, eiusque difficultatis rationem explicat Anton. Zimara lib. Problematōn. Hanc sententiam diuino beneficio in terram ad homines delapsam pleriq; existimantur, vt Iuuen. Sat. 11. Thaletis esse vult Laertius lib. 1. Chilonis verò Plinius lib. 7. cap. 32. Eadem sententia perbellè declaratur à Xenophonte 4. Comment. sub persona Socratis. Plato in Philocho: τῆς τάσης πορνίας ἐστὶ τὸναντίον πάθος ἔχον, ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν δέλφοις γραμμάτων. τὸ γινώδι σαυτὸν λέγεται ὡς Σωκράτης. Philemon Comicus:

Τὸ ΓΝΩΘΙΣΑΤΤΟΝ, ἢ μᾶλλον ἐπίσθ' ἄτι
Τὸ ῥήμα, τὸ δόξαν ἐν δελφοῖς ἔχον.
COGNOSCE TE IPSVM, iure verba hæc a primo
Celebritatem adepti Delphis maximam.
Τὸ γινώδι σαυτὸν, πανταχῶ ἐστὶ χρησίμιον.

Cognosce teipsum, monitum ubiq; commo-
dum.

Apollo

III.
Sphinx
vide se
dicia.

Triplex
ignoran-
tia cau-
sa.

Apollo ipse apud C. d. m. z. Aus. de lio
tempo:

*Ep. ibi dicitur sum] ma se celebrata per orbem
Littera, cognosce qua sibi quinq; iubet.*

Aufonius Eidylio 4.

*Quamquam difficile est se noscere, γῶδι
σεαυτὸν,*

*Quam prope se legimus, tam cito negli-
gimus.*

Lege Platonem in Amatoribus, Stobæi ser-
monem περὶ τῶ γῶδι σεαυτὸν. Macro-
b. 1. Saturn. cap. 6. Adagium, *Nosce te ipsum.*
Ciceroni locis mox citandis & adducen-
dis multosq; alios, qui auream se cæle-
stemq; gnomen scriptis commendavit, &
quantum habeat in mortalium rebus mo-
menti, explicuerunt.

Mōstrum *Præcipitis monstri.]* Ignorantia, quæ est
præceps. reuera θηρὸν ἀλλοίω. v. γ. δὲ ἀπὸ τῆς ἁγῶν ἡ
κέρ, ut loquitur Sophocles περὶ ἀμαθίας.

Fera robusta, & non admodum malum.

Præcipitis monstri, id est, deiectionis, deturba-
ti, tuentis. Vel monstrum præceps, idem
est atque periculosam, eò quòd in præci-
pitijs saxorum vel montium pericula ma-
iora esse putentur.

Cultura diva secant] tollunt è medio.
Qui enim se ipsum noverit, detracta omni
libidine, sedæque voluptate, avulsis incō-
stantiæ plumis fugacibus, & omni arrogā-
tia, intelliget quid sit homo; id est, proble-
ma Sphingis explicabit, suam ipsius natu-
ram intuebitur, primò quidem quadru-
pedum penè similem conditioni, deinde
hominis firmitate constantem, & postre-
mò imbecillam, propter concreti parte
infirma; ita ut monstrum arrogantie tur-
pissimum seipsum conficiat, & hominem
sui cōpotem relinquat; qua victoria nulla
alia est excellentior, nulla vilior, aut illu-
strior.

Namq; vir ipse bipesque, &c.] Tres hic
notantur ætatis humanæ partes, infantia,
virilis ætas, & senectus. Alij aliter distri-
buunt, ut silius diximas in Præfatione
Emblematum pag. 3.

Primusq; prudentis.] Primus sapientiæ
gradus à veteribus celebratissimus, S E-
I P S V M N O S S E; vltimus N O S S E
D E V M, ut rectè piæq; monuerunt qui-
dam Philosophi Christiani.

Laurea.] Victoria, gloria. Martialis 7.
lib. 4.

... invidet hosti

*Roma suo, venit laurea multa licet,
In secundo verò:*

Qua datur ex Dacis laurea tota tua est.
Aufonius Eidylio 9.

Hæc profigati venit modo laurea belli:

Nosse virum.] Oraculum illud, γῶδι *Nosse scip*
σεαυτὸν, eiusq; vires ut copiosè, sic & eru-
diè tractat M. Tullius De legibus 1. cir-
ca finem: Philosophia, inquit, nos cum ex-
beat.

teras res omnes, tum quod est difficillimū,
docuit, ut nosmetipfos nosceremus. Cuius
præcepti tanta vis, tanta sententia est, ut ea
non homini cupiam, sed Delphico Deo
tribueretur. Nam qui se ipse norit, primū
se aliquid habere sentiet diuinum, inge-
niumq; in se suum, sicut simulacrum ali-
quod dedicatum putabit, tantòq; munere
Deorum semper dignum aliquid & faciet
& sentiet: & cum se ipse perspexerit, totū
quæ tentarit, intelliget quemadmodum a
natura subornatus in vitam venerit, quan-
taque instrumenta habeat ad obtinendam,
ad piscendamque sapientiam: quemadmo-
dum principio rerum omnium, quasi ad-
umbratas intelligentias animo ac mente
conceperit, quibus illustratus, sapientia
duce, bonum virum, & ob eam ipsam causam
cernat se beatum fore. Nam cum ani-
mus cognit & perceptisq; virtutibus, à cor-
poris obsequio indulgentiaq; discesserit,
voluptatemq; sicut labem aliquam dede-
coris oppresserit, omnemq; mortis dolo-
risque timorem elugerit, societatemque
carnis eiecerit, tum omnibus se natura cō-
iunctum duxerit, cultumque Deorum &
pūram religionem susceperit, & exacerit
illam ut oculotum, sic ingenij aciem ad
bona eligenda, & rei cōtra contraria: que
virtus ex providendo est appellata pruden-
tia: quid eo dicitur aut cogitari poterit bea-
tius? Idemq; cum cælum, terras, maria,
rerumq; omnium naturam perspexerit,
eaque vnde generata, quò recurrant, quan-
do, quomodo obitura, quid in his mortale
& caducum; quid diuinum æternumque
sit, viderit, ipsumq; ea moderantem & re-
gentem penè prehenderit, sequæ non vnus
circundatum mœnibus popularem alicuius
definiti loci, sed civem totius mundi
quasi vrbis vnus agnouerit, in hæc ille ma-
gnificèntia rerum, atq; in hoc conspectu,
& cognitione nature, Diu immortales, cum
se noscet (quod Apollo præcepit Pythius)
quàm contemnet, quàm despiciet, quàm
pro-

pro nihilo putabit ea, quæ vulgò dicuntur amplissima? Atq; hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit differendi ratione, veri & falsi iudicandi scientia, & arte quadam intelligēdi, quid quamq; rem sequatur, & quid sit cuique contrarium. Idem Cicero 1. Tuscul. Est illud vel maximum, ait, animo ipsò animum videre: nimirum hanc habet vim præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisq; noscat: non enim, credo, id præcipit, ut membra nostra, aut staturam, figuramve noscamus: neque nos corpora sumus, neque ego tibi hæc dicens, corpori tuo dico. Cum igitur, Nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquid animi receptaculum: ab animo tuo quicquid agitur, id agitur à te. Hunc igitur nosse, nisi diuinum esset, non esset hoc acrioris cuiusdam animi præceptum, sic ut tributum Deo sit, hoc est seipsum posse cognoscere. Hactenus Cicero. Idem præter ceteros explicat Plutarch. libello De discrimine adulatoris & amici: quo loco ait, Deum sequi, & seipsum nosse, salutis esse summam. Et Clemens Alexandr. statim initio 3. lib. cui Pædagogus nomen indidit, pulcherrimam & maximam disciplinarum omnium ait esse, seipsum nosse: quia qui seipsum norit, Deum cognoscit, &c. vide reliqua. Nemo insipientium (inquit Dio Chrysost. 4. Orat. de regno) seipsum norit. Neque enim id Apollo præcepisset in primis, nisi cuiq; difficultatium visum esset. Nonne putas inter morbos nullum magis perniciosum insipientia? eūque, qui sit insipiens, sibi ipsi nocētissimū? aut etiam plurimorum causam malorum alij esse? Et Macrobius in somnium Scipionis comment. 1. tradit, euidam Delphicum oraculum consulenti, quoniam itinere ad felicitatem peruenire posset, responsum ad hunc modum: Si teipsum cognoueris. Ut igitur summa ignorantia est seipsum ignorare; ita prima prudētis laurea, ut Auctor innuit, nosse vitium, id est, se ipsum, atque etiam ceteros. Hæc ergo Sphinx ignorantia omnes præcipit præter sapientes, qui seipsum norunt. Clariū dicam. Sphinx interrogat mortales, quid sit homo verè & proprie. Cumq; huic tam difficulti quæstioni pauci respondere possint, id est, cum paucissimis datū sit, nosse se te, nihil mirum est, si tam multos præ-

cipitet ignorantia. Huic interpretationi Sanctius palmam dat, & se magnificè hic effert.

DEVENIMVS tādē ad mychologicam tractationem. Sphinx triformis, utpote quæ puellari forma sit, plumis tecta ut auis, & leoninis pedibus, ignorantiam arguit, in editissimo huius vitæ monte, & quasi theatro locatam, infinitam hominū multitudinem sua feritate opprimentem, non alia de causa, nisi quod sese nō agnoscant, id est, se homines esse ignorent. Triplex autem monstri forma refertur ad tres primarias causas efficientes ignorantia. Nam virginea facies voluptatem repræsentat, scēdamq; libidinem, quæ hominem ita exæcat & afficit, ut cum ab humanitate degeneret in belluinam ferē naturam commutet, quo sit ut ab omni vera disciplina rectaq; institutione penitus abhorreat. Plumæ volucres, quibus totum corpus occupatur, & quasi obsidetur, leuitatem & inconstāciam animi satis aperte declarant, quæ quidem cum rationis principatum, vel naturę vel consuetudinis vitio præripuit & occupauit, quid in homine reliqui est, quod firmum aut constans esse vel videri possit? Ceterum pedes, quales sunt leonis, indicant superbiam arrogantiamq; quæ cum falsam de rebus opinionem habeat, seq; scire putet, quod nescit, non mirum est si turpiter impingat, & lōgissimè ablit à perfectā rerum cognitione. Prima itaq; ignorantia causa est ingenij leuitas, vel temeritas, quæ quid maxime se deceat, non videt. Altera est corporis voluptas, primo quidē aspectu blandiens, sed asperissima, trāstisque, postquam gustaueris: De qua sic ante, Emblemate 83

IV.
Sphinx
mythologica.

Virginis
facies in
Sphinge.

Plumæ
Sphinxis.

Leonis
pedes.

Ingenij
leuitas.

Voluptas
corporis.

Historia
Sphinxis.

----- meretricius ardor

Egregijs iusucnes sonocat à studijs.
Tertia causa omnium perniciosissima, & Superbia, ad nocendum imprimis efficax, est animi elatio & arrogantia: de quibus singulis, quia iam in superioribus passim dictum est, nolo esse longior. Paulanias in Boæoticis ad historiam hæc refert, inquit: Inde si processeris, mortem videbis à quo Sphinx autem desiluisse, quæ ad perdendum captivos quæstiones proponebat obscuras. Dicunt nonnulli, nauā eam potentia instructam latrocinij causa obruisse, & ad mare circa Anthedonem appulisse. Hoc autem monte occupato, rapinis fuisse

Ecc succo-

Sphinx
ignorantia
ita est.

Sphinx
Laij filia
notha.

intentam, donec Oedipus eam confecerit, obrutam exercitus multitudine, quem Corintho eduxerat. Scrabo lib. 9. & Phaedemus 5. rerum Attic. Dicitur item Laij notha fuisse filia, & edocta à Laio per benevolentiam, quod Cadmo datum erat oraculum Delphicum. Prinsquam autem reges fierent, scire aliud nihil oportebat quam oraculum. Quoties itaque de regno quis litè Sphingi intenderat (nam & Laio ex pellicibus liberos fuisse procreatos aiunt, & oraculū Delphicū ad Epicastrū solummodo, & Epicastrū filios spectabat) hac Sphingem aiunt aduersus fratres vsam esse fraude, vt Laij de stirpe si esset procreatus, quod datum fuerat Cadmo oraculum proferrent. Qui respondere non poterat, eos morte mulctabant, vt qui immeritò & de genere, & de imperio disceptarent. Oedipus verò in somnis oraculum edoctus, Sphingem accessit. Patephatus quoque qui à Lilio Gyraldo allegatur, historiam de Sphinge sic exponit: Cadmus uxorem Sphinga habens Amazonida Thebas profectus est. vbi interfecto Dracone regno potius est, ducta vxore Harmonia Draconis sorore. Ii Sphinx iniquo animo tulit: quare seductis nonnullis civibus & cane, quam à velocitate pedum Græci *ποδάρκτυς* vocant, Spheicium seu Sphincium (viroque enim modo legimus) occupavit, incursio nibusque ac insidijs, quæ à Thebanis indigeno sermone enigmata dicuntur, Cadmū ipsum, & qui illum sequebantur, infestavit. Tandem proposito præmio ab Oedipode superatam iussit. Sabellicus principio Emead. 7. lib. 1. credit Sphingem perniciosum quendam hominem fuisse, qui calliditate multos peruenierit. Natalis Comes Mytholog. lib. 9. cap. 18. per Sphingis fabulam id significatum fuisse ab antiquis sapientibus credit, suam cuique fortunam æquo animo esse ferendam: quam tamē si quis egerrimè ferat, omnino terre necesse sit. Nam quid significant ala? an non fortunæ inconstantiam? Aut cur vngues in prædam flexi illi tribuantur? nonne quod vnde cumque libuerit omnia potest auferre? Cur humana est facies? quia humanum est subiecti calamitatis & vicissitudinibus fortunæ. Leonina pars forti animo esse ferenda aduersa significat, quæ vel vi omnino sunt ferenda: si quis enim miseras prudenter vsuenerit nequiter, aut nisi se

Sphinx
typus fortuna.

sapienter inter aduersa custodierit, ille ab ipsa Sphinge crudelissimè torquetur & lauiatur. Atque vt summam dicam, nos monere per hanc fabulam sapientes voluerunt, aut prudentia & Mineræ consilio fortunæ iniquitatem esse superadā: aut si minus illud fecerimus, nos ab illa superari oportere. Nam quid agitur in superiore enigmati Sphingis? an nō de humana imbecillitate, cū nihil nascatur homine debilius aut calamitosius. Sanè Romæ aliquot Sphinges marmoreæ, quæ ex Egypto allatæ dicuntur, in Capitolio & alibi hodie adhuc conspiciuntur. Egyptij enim ideo Sphinges autē templa poluerunt, quod mystica dogmata, præcepta & institutiones sacras, per ænigmatū nodos à profana multitudine inuiolata, custodita, & in arcana tantū tractari voluerunt. Ideo putant Octauium Augustum ob taciturnitatem Sphinge loco sigilli aliquandiu vsurum fuisse; quæ etiam adhuc ante ostium fœti Euxini, quo in Bosphorum sese exonerat, in altera Symplegadam insula, in columna veteri ex albo marmore conspiciuntur, cum hac inscriptione: DIVO CÆSARI AVGVSTO L. CLANNIDIVS L. F. CLA. PONTO. sicut Leuencleuius tanquam *δωτόπτης* notauit. Synesius tamen aliam offert rationem. Mercurij, inquit, numinis duplicem speciem effingunt Egyptij, iunemem statuentes propter senem. Quod hoc sibi vult; eum, qui alijs cum laude præfaturus sit, esse & mente & robore præditum oportere. Eamque ob causam ab ipsa Sphingis effigies in vestibulis lucorum consecratur, nota illa quadam diuinæ duarum virtutum copula, significante robore bestiam, prudentia hominem. Nam robur ex pers ductus prudentie, attonitū fertur, res omnes miscens ac turbans; & mens destituta manu ministerio, ad actiones est inutilis. Vide adagium, *Mann ignauus, monte præfens*. Item, *Sphingis enigmata dissoluit*. Pererit Val. lib. 6. Hieroglyph. Ser & Amasis Egypti rex Sphingem ex vnico saxo elaborauit, cuius longitudo erat pedum 143. altitudo à ventre ad summum apicem in capite 62. capitis ambitus pedes 102. colligebat. Amasin regem in eo conditum voluit. Plinius libro 36. Natur. histor. c. 12. Cæterum (quod nolum prætermissem) Clemens Alexand. 5. Stromat. Sphingem retulit

Cur
Ægyptij
Sphinges
pre foribus
templorum
statuerent.

Sphinx
Amasis
regis.

retulit ad ingenij sollicitiam, & robur corporis, ob humanam faciem & leoninum corpus. Attigit Aelian. de historia animal. lib. 2. cap. 7. Retulit ad iustitiã Dio Chrysostom. Orat. 10. sub finem, & torquet ad sophistarum genus. Non omittendum postremo est, olim quosdam meretrices ex Megara Sphinges appellatas fuisse, quod humano capite mœluetudinem præ se fer-

ret, verum corpore reliquo leonino rapacitatem & imperium, quod in miseros amantes exercent, indicaret, de quibus versiculus veteris cuiusdam dici potest:

Ἴσον ἀέθλις καὶ γυναῖκες ἀμώτης.

Par est leana & famina rapacitas.

Vide Picium lib. 1. & adagium, Megarica Sphinges. Nos cum vulpe formam contemplatum imus.

Megari-
ca Sphin-
ges.

Mentem, non formam, plus pollere.

EMBLEMA CLXXXIX.



INGRESSA vulpes in Choragi pergulam,
Fabrè expositum inuenit humanum caput,
Sic eleganter fabricatum, ut spiritus
Solum deesset, ceteris viuisceres.
Id illa cum sumpsisset in manus, ait:
O quale caput est: sed cerebrum non habet.

Est a COM